

mutata atq; conuersa. Proinde quanq̄ illa columba spiritus dicta sit. et de illo igne cum diceretur uise sunt illis inquit lingue diuise uelut ignis. qui et isedit sup̄ unumquēq; eorū. et ceperunt loqui linguis quēadmodū spiritus sanctus dabit eis pronuntiare ut ostenderet p̄ illū ignem spiritum demonstratū. sicut per columbā. nō ita possumus dicere spiritum sanctum et deum et columbā. aut et deum et ignem. sicut dicimus filium et deum et hominē. nec sicut dicim⁹ filium agnum dei. nō solum iohāne baptista dicente. ecce agnus dei. s; etiā iohāne euangelista uidente agnum occisum in apocalipsi. Illa quippe uisio prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas. s; i spiritu. p̄ spirituales imagines corporū. columbā uero illam et ignem oculis uiderunt. quicumq; uiderūt. quāq; de igne disceptari potest. utrum oculis an spiritu uisus sit p̄ter uerba sic posita. Non em̄ ait uiderunt lingue diuise uelut ignem. s; uise sūt eis. Non em̄ sub eadem significatione solemus dicere uisum est michi. qua dicitur uidi. Et in illis q̄dē spiritualib⁹ uisus imaginū corporaliū solet dici. et uisū ē michi et uidi. in istis uō q̄ p̄ expressam corporealem speciem oculis demonstrant. non solet dici uisum est michi sed uidi. De illo ergo igne potest eē questio quo modo uisus sit utrum intus in spiritu tāquā foris. an uere foris corāz oculis carnis. De illa uero columba que dicta est corporeali specie descendisse. null⁹ uisq; dubitauit. q; oculis uisa sit. Nec sicut dicimus filiū petram. scriptū est em̄ petra erat xp̄us. ita possum⁹ dicere. spiritum columbam uel ignem. Illa em̄ petra iam erat i creatura. et per actionis modum nuncupata est nomie xp̄i. que significabat. sicut lapis ille quem iacob positū ad caput etiā uinctionē ad significandū dñm assumpsit. sicut isaac xp̄us erat. cum ad se immolandū ligna portabat. Accessis istis actio quedā significa-

tua iam existentibus. non autē sicut illa columba et ignis ad hec tantūmodo significanda repente extiterunt. Magis ista similia michi uidentur flamme illi q̄ in rubo apparuit moisi. et illi colonne quā populus in heremo sequebatur. et fulgoribus et tonitruis que fiebant cū lex daretur in monte. Ad hoc em̄ corporalis rerū illarū extitit species. ut aliq; significaret atq; p̄teriret. *ca. 1. 6. 7.*

Propter has ergo corporales formas que ad eum significandum. et sicut humanis sensibus oportebat demonstrandū temporaliter extiterunt. missus dicitur etiā spiritus sanctus. non tñ minor patre dicitur est sicut filius p̄ter formam serui. q; illa forma serui inhesit ad unitatem persone. ille uero corporales species ad demonstrandū q; opus fuit ad temp⁹ apparuerunt. et esse postea destiterunt. Cur ergo nō et pater dicitur missus p̄ illas species corporeales ignem rubi et columnā nubis. uel ignis et fulgura in monte. et si quā talia tunc apparuerunt cum eum corāz loquēti patribus teste scriptura didicimus. si per illos creature modos et formas corporaliter expressas et humanis aspectibus presentatas ip̄e demonstrabatur. Si autē fili⁹ p̄ ea demonstrabatur. cur tanto post dicitur missus cum ex femina factus est sicut apostol⁹ dicit. cū autē uenit plenitudo tēporis misit deus filiū suū factum ex muliere. quāquidem et antea mittebatur cum p̄ illas creature mutabiles formas patribus apparebat. aut si nō recte posset dici missus nisi cum uerbum caro factum est. Cur missus dicitur spiritus sanctus cuius nullatilis incorporatio facta est. Si uero p̄ illa uisibilia que in lege et prophetis commendantur nec pater nec fili⁹ sed sp̄s sanctus ostendebatur. cur etiā ip̄e nūc dicitur missus cū illis modis et antea mitteretur. *ca. 1. 17.*